



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

LXXXb. Schöppenstuhl und Rath der Altstadt Brandenburg bekunden den Verkauf von Fischereigerechtigkeiten an das Kloster Lehnin, im Jahre 1294.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

Canonicus Ecclesie Magdeburgensis, presentibus obligamus et astringimus nos, effecturos et curaturos, quod predicti fratres nostri predicta omnia et singula inuolabiliter obseruabunt. In cuius rei testimonium presens priuilegium sigillis nostris vna cum sigillo fratris nostri Geuehardi, Canonici Ecclesie Magdeburgensis, fecimus communiri, Testibus eciam qui presenti ordinacioni affuerunt subnotatis videlicet domino Engelkino preposito sanctimonialium in plozke, domino Rudolpho milite de Santersleue et fratribus de lenyn, Henrico de Spandowe et henrico de Juterboch et aliis quam pluribus fidelibus fide dignis. Datum anno domini millesimo CCº nonagesimo quarto, in die Beati Ambrosii Episcopi et Confessoris.

Nach einem Transsumt des Baccalaureus Bartholomäus Lowe vom Jahre 1442 im Geh. Staats-Archive.

LXXXb. Schöppenstuhl und Rath der Altstadt Brandenburg bekunden den Verkauf von Fischereigerechtigkeiten an das Kloster Lehnin, im Jahre 1294.

In nomine Domini Amen. Nos scabini et consules veteris ciuitatis Brandenburg recognoscimus tenore presencium publice protestantes, quod martinus Prefectus dictus de Karenecon Gerkinus dictus de Vifen presate ciuitatis Brandenburg, venerabilibus fratribus de Lenin vendiderunt pro quinquaginta marcis et sex iam solutis ante festum beati Martini hereditatem totius aque Plauen subnotate, videlicet unam sagemam que vocatur Geferitz, sitam inter villam Grobene et villam Derentin in principio aque Plauē totius: item unam sagemam dictam Marckschedinge, sitam iuxta stagnum Lofeke: item aquam a castro Plauē, que Coione dicitur, in ascensum usque ad stagnum ville Wusterwitz tres sagemas in plenaria potestate cum quarta sagemā adiacente, que eis, dictis scilicet fratribus communis erit et domino dicte ville Wusterwitz, Item aquam infra pontem Plauē in descensu obule usque ad aquam ville Brifitz: item in ascensu predictę ville Brifitz et in ascensu ville Grobene usque ad aquam marchionum veteris ciuitatis Brandenburg, totam aquam pleno iure hereditario perpetuis temporibus pacifice possidendam. Acta sunt hec Anno domini M. CC. XCIII. Vt autem hec venditio supradicta, coram nobis in Brandenburgensi veteri ciuitate rationabiliter gesta, firmitatem obtineat et vigorem, eam nostri sigilli impressione roborauimus.

Nach Seidels handschr. Urkundenammlung.

LXXXI. Markgraf Otto schenkt dem Kloster Lehnin zum Seelenheil seiner Gattin und Kinder 9 Hufen in Götz, im Jahre 1295.

In villa Gotiz IX mansos cum omnibus pertinentiis suis et stagno adiacente Otto Marchio contulit monasterio in Lenyn in remedium anime sue uxoris et puerorum suorum A. 1295.

Altes Verz. Lehniner Urkunden. — Gerken VII, 339.